



**IOAN. PETRI || MAFFEII,|| BERGOMATIS,|| E SOCIETATE ||  
IESV,|| HISTORIARVM || INDICARVM || LIBRI XVI.||  
SELECTARVM, ITEM, EX || INDIA EPISTOLARVM || LIBRI  
IV.||**

**Maffei, Giovanni Pietro**

**Coloniae Agrippinae, Anno M.D.XC.**

**VD16 M 105**

Philippe Regi Catholico.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64627](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-64627)

4948.

PHILIPPO  
REGICATHO

LICO

Socerij opus Paderbonae. 1652.



VPERIORIBVS annis,  
cūm ad componendas Lu-  
sitaniae res, Olisiponem ipse  
venisses, Catholice Rex,  
hortata me tua est Maie-  
stas, ut inchoatam Henrici Regis nomi-  
ne auunculi tui rerum Indicari. histo-  
riam, pari alacritate studioque perse-  
querer. Feci quod iusseras: totumq[ue]  
contextum narrationis, à primo nani-  
gationum exordio, ad usque Soceri tui  
Ioannis eo nomine tertij Regis obitum,  
pro meatenuitate perduxii. Quòlongius  
ne progrederer, annaliū exinde series,  
ut intantis & rerum motibus, & locorū  
interuallis, partim intercisa, partim et-  
iam neglecta, prohibuit. Neque verò  
mihi diutius deliberandū fuit, cuinam  
opus hoc qualecunque, recepta iam

† 2

con-



consuetudine , destinarem . Debebat  
hoc tuis erga se meritis nostra Societas  
vniuersa . Idipsum nominatim à me  
tua de me iudicia, meaque summa in te  
pietas exigebant . Postremò res loque-  
batur ipsa, equum esse vacuius in primis  
virtute opibusque Christiana res nitit-  
tur, huic potissimum, explorati pijs felici-  
busque maiorum suorum armis O-  
ceani; aditarum quæ auditæ non erant,  
gentium; propagatae vnà cum imperio  
in vltima loca rectæ in Deum fidei, si  
minus facunda splendidave; certè, quo  
ad eius fieri potuit, syncera atque accu-  
rata explicatio dicaretur . Quæ me, Rex  
Optime & Maxime, perpulerunt causæ,  
vti præ cæteris offerre tibi mearum lu-  
cubrationum foetus auderem; cædem,  
opinor, Clementiam istam fastigio tam  
excelso parem adducent, vt eos in lu-  
cem, sub Augusti noministui præsidio  
tutelaque prodijse patiare . Quod reli-  
quum est, Maiestatem tuam Deus im-  
mortalis ad sui nominis gloriam, & Ec-  
clesia, catholicæ firmamentum,  
quam diutissimè tucatur  
incolumem.

COM